maiorem miſeriam. Sed quid? Certe hanc maiorem miſeriam mere-
tur tua ſuperba verecundia. Illam igitur poſtponas humiliando
temetipſum.et ipſam tuam indigētiam detegendo.et q̄ntitas miſe-
rie tue minuetur.et omnis premiſſa ceterorum pauperum cōſolatio
ad te ſicut ad alios extendetur.

## II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ad ſecundum triſtem ſic ait. Tu conquereris
de miſeria qui mendicas pro teipſo hoſtiatim.et quare cōque-
reris, videtur potiſſima ratio. quia times deficere in neceſſarijs et
quia talis mēdicitas ruborem inducit humiliationis. Si primum
eſt in cauſa.cōſoletur te memoria diuini promiſſi quod eſt infallibi-
le.non inquit dominus te deſeram neq3 derelinquā. Sane hoc pro-
miſſum efficaciam habet: ſi plena fiducia ſequaris illud propheti-
cum conſilium. Iacta cogitatum tuum in domino et ip̄e te enutriet
Porro ſi querele tue rubor humiliationiſ eſt in cauſa.eo q̄ adhe-
ret dicte mendicitati que fit hoſtiatim. ſcias hoc pro conſolatione
q̄ illius humiliationis cum ſit via ad illam ſublimē et deo gratiſ-
ſimam virtutem humilitatis nullum precium eſt condignum.

Explicit ſeptimus liber de cōſolatione theologie. Incipit octa-
uus continens conſolationū remedia oportuna contra illa turbati-
ua que opponuntur amicicie et ſocietati. Capitulum primum con-
tinens conſolationes ſup̄ carentia ſeu amiſſione fidelis amici.

Octauo principaliter viginti triſtibus ad ſupradictā
dominam conſolatricem accedentibus.primo omniū
vnus ex eis ꝓpter carentiam et amiſſionem amici tri-
ſticia pregrauatus ante ceteros ipſam dominam al-
loquitur in hec verba. O domia mea inclita amicicia
grata careo.de quo ex intimis ſum turbatus. At illa
vlteriorem querelam non expectans.de puellis ſe comitātib9 mox
quatuor acciuit.imponēs eis vt triſtē iſtum pro poſſe ſuo cōſolētur

## I. CONSIDERACIO.

Prima puella triſtem alloquitur in hunc modum. Cur intantū
de amici carentia turbaris? mox em̄ vt amicum haberes.aut
eidem non amica viciſſitudine reſponderes: aut tu viceuerſa etiam
ipſius amicus eſſes. Si primum detur fidelitatem quidē. ſi vero ſe-
cundum ꝑderes temetip̄m. eſt enim amicus alter ip̄e. Sed neutrū
horum conuenit. Nimirū homo inſidus merito deteſtabilis eſt.cō-
tra quales etiā ip̄e paul9 impingēdo dicit. ſine affectione.abſq3 fe-
dere.porro ſeip̄m perdens maximam incurrit iacturā. quid em̄ ipo
ſibi p̄cioſius eſſe poſſ3? Tu quoq3 ſi ſ3m amicicie rationem es fact9
alter ille.accidentia veſtra cōmunia erunt. et hoc pacto mala plu-
rima eius ex parte occurrētia poteriſ formidare. Q9 ſi talē habuiſti.

atq; ꝑdidiſti.cum illo ſimul etiam dicta plurima mala timore cor-
dis prehabita numerū bonorum excedentia ꝑdidiſti. Quid ergo?
Profecto ſtultum eſt de malorum perditione eſſe querulosum.

## II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ſic ait. Cariſſime de amici amiſſiōe querularis.
Sed non oporteret. Nempe recupabile damnū eſt. Audi Sene-
cam illuſtrem. Amicum inquit perdidi.et quaſi ad alterum reſpon-
dens dicit. Alium quere.et ibi euʒ queras. vbi inuenias. q̄re inter
liberales artes. inter honeſta et recta officia. quere in laboribus.
ad menſam res iſta non queritur. Hec ille. Qui rurſum ait. Perdidi
amicum et reſpondet. Fortem animū habe. ſi vnū erubeſce. Si vni-
cum. quid tu in tanta tempeſtate ad vnā anchoram ſtabas? Hec Se-
neca. qui hoc verbo vltimo videtur dicere pluſq̄ amico vnico. ani-
mi tui fortitudini innitaris.

## III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ſic ait. Cariſſime amicū ꝑdidiſti. ſcito hoc et cer-
tus eſto. ſi tu hoc ꝓpter deum patienter feras. ꝙ tunc habebis
coram deo om̄e illud ꝓpter qd damnū hm̄ōi nolles pati. Sed quid?
Dices forte. Quid confert habere coram deo? aut quo pacto, hoc
habebo corā ipo? Certe felici ꝯmercio. terrena ꝓ celeſtibꝰ. pitura
ꝓ eternis ꝯmutando. An non dixit paulus. potens eſt depoſituʒ
meum ſeruare in illum diem. ſ. eternitatis. iuſtus iudex. An nō dix-
it ipſe dominꝰ ꝙcum ad cambiū huiuſcemodi? Theſauriſate vobis
theſauros in celo. vbi neq; erugo. nec tinea demolitur. et vbi fures
non effodiunt nec furantur. Certe in ſcrinio diuine memorie reſer-
uatur illud tibi. quo tanq̄m merito fiet recōpenſatio. et ꝑpetua omni-
um patienter ꝓpter xp̄m temporaliter perditorum.

## IIII. CONSIDERATIO.

Quarta puella ſic ait. O homo amicum ꝑdidiſti. Si malus erat
multum gaude. Ip̄e em̄ te forſitan ꝑdidiſſet. Scriptum quippe
eſt. Cum ꝑuerſo ꝑuerteris. Sed et mūdana ſciētia teſte in habenti-
bus ſymbolum. facilior eſt tranſitus. Porro ſi bonus erat iam
non ꝑdidiſti. ſʒ ip̄m ad regna celeſtia p̄miſiſti. Audi prem clareual-
lis. qn̄ inquit nos moriēdo deſerūt quos amamus: nouimꝰ eos nō
in eternum relinquere nos māſuros. ſed aliquantū p̄cedere ſecutu-
ros. Hec ille. Sed ſi vis ſcire. cur p̄cedunt? Ecce vadunt parare ti-
bi locum inter ſydereas manſiones. Nōne illiꝰ xp̄ianiſſimi militis
ſancti Sebaſtiani ꝯſimilē ſentētiā ad amicos. marci et marcelliani
ꝓlatā audiuiſti? Nolite inquit timere. nō ſepabuntur a vobis. ſʒ va-
dūt vobis p̄parare ſydereas māſiones. i quibꝰ vna vobiſcū et cū fi-
lijs vr̄is i ꝑpetuo gaudio maneatis. Nolite o amici reuocare quos
diligitis, a vita ad mortē. a gaudio ad luctū. a lumie ad tenebras.

Hec ille miles glorioſus· qui quidem teſtante approbata viſione legitur hec dixiſſe angelo tenente librum ante oculos eius. ex cuius lectione loquentis oratio decurrebat·

¶ Capitulum ſecundum continens conſolationes ſuper carentia vel perditione carnalis amici. vel amice. vt amaſij. vł amaſie·

SEcundo poſt premiſſa ad ſepedictam dominam conſolatricem acceſſit et alius triſtis ſuper materia ꝑmiſſi capituli querens conſolari· At illa mox eidem de ſuis puellis quinqȝ conſolationis gratia deputauit·

## ¶ I· CONSIDERATIO·

PRima puella ſic ait· O ſimplex homo cur turbaris· cur non potius conſolaris, de perſone eius carentia que in preſentiarum habita pernicioſas ymagines tibi ingereret incunctanter. Ad qđ periculum dinoſcendum· Audi illum regularem. hugonem loquor Anime inquit que in corpore viuentes per dilectionem rerum viſibilium corporalibus ymaginibus afficiuntur· a corporibus exeūtes in eiſdem ymaginibus tormenta patiūtur· propter hoc em̄ ibi corporalibus paſſionibus teneri poſſunt· quoniam a corruptione corporalium affectionum hic mundate non fuerunt. quam ſcilicet corpulentiam de corporis dilectione traxerunt· ſtudeat igitur anima in hac vita ſe ab huiuſmodi federantia mundare: quatenus cuȝ hic exierit inde nihil corporeum ſecum trahat. et a corporali paſſione immunis exiſtat· hec hugo antedictus·

## ¶ II· CONSIDERATIO·

SEcunda puella ſic ait· Cur velles habere amaſiam vel amaſium. vt amicam. vel amicum· vel ſi prius habuiſti? cur non libēter perdidiſti? Nonne dicit cycero et vtiqȝ bene· qui inquit ſuis rationibus inimicus fuerit: ſemper eum quomodo alienis rebus amicum fore ſperes· Nam quem amicicia perfidioſum cognoueris eū? quare putes amicicias cum fide habere poſſe? Hec ille· atqȝ amaſijs quibuſqȝ id ineſſe non dubites· proprijs enim rationibus inimicantur dum eas contemnunt. dū contra eas viuunt. et ipſas abiciunt· et nolunt per eas intelligere vt benefaciant· ac proinde ſibimetipſis ſunt perfidioſi· quomodo ergo vt amici fideles bonum diligerent alienum? Nequaꝙ ergo cum fide ad ſua correlaria amicicias habere poſſunt·

## ¶ III· CONSIDERATIO·

TErcia puella ſic ait· O homo amaſia cares. ł etiaȝ amiſiſti· Cur inde turbaris? queſo coniectes potius cyceronianū illud exēplum· Ait cycero amari iocundum eſt ſi curetur. ne quid inſit amari· Tu igitur collige in ſinum mentis ſenſum contrarium. exiſtimās nequaꝙ eſſe iocunduȝ amari· eo ꝙ plurimum inſit amari· nonne em̄ amarum eſt timere continue prodi· timere ſcandalizare· timere honorem perdere· timere probabiliter amaſie vel amaſij animaȝ atqȝ

propriam perdere. et ad eternas flamas diſponere. eo citius incurrendas. quo per occiſionem fatui amoris occaſione. vitaꝫ hanc miſeram frequenter contingit perdere. Nonne hoc amaruꝫ eſt? An nō verum dixit ſapiens. O mors ꝙ amara eſt memoria tua homini iniuſto.

## IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella ſic ait. O ſtulte illa ad quam dicis vel in corde ſitiuit in te anima mea. ꝙ multipliciter tibi caro mea. ſitim tuam non extinguet. Non enim habet hec cellam vinariam qua te introductum vino caritatis rubeo valeat debriare. ꝙuis forte pēdulum affectionis poculuꝫ infectiue prebeat parumper. ne vel patenter inficiat. aut abhominabile exiſtens vomituꝫ prouocet. tenuiſſima quadam caritatis ſimilitudine rubricatum. Tali igitur libēter conuerſatio tua careat. ne ſitiꝫ in te ꝓuocet quaꝫ extinguere minime queat.

## V. CONSIDERATIO.

QVinta puella ſic ait. O tu homo inexperte ſcias ꝙ de carentia aut perditione amaſie minus curares: ſi doctoruꝫ ſcripta vel legeres. vel melius intelligeres. Vide nunc vel ſolaꝫ hugonis ſententiam. Fauus inquit diſtillans labia meretricis: et nitidius guttur eius oleo ꝛc̄. In fauo eniꝫ duo ſunt. mel et cera. et in facie meretricis ſimiliter duo. ſcilicꝫ decor et gratia. hoc eſt pulchritudo oriſ. et dulcedo ſermonis. Cera ſuccendit ignem. mel prebet dulcedinē Sic pulchritudo meretricis igne libinis inflamat carnem. blandimento vero lenocinantis ſermonis ſubuertit menteꝫ. ſtillat mel ex cera. dum meretrix verba ſua mollit et facit dulcia. Hanc autē dulcedinem eterne mortis amaritudo comitat᷑. Vnde ſequitur ibi. nouiſſima illius quaſi abſinthium: et acuta quaſi gladius biceps. Diligit mulier vt decipiat. amat quod habes. non qd̄ es. Hec ille doctor. qui et plures alios habet etiā excellentiores. vt patebit in ſequentibus ſecum ꝯcordantes.

## Capitulum tercium continens cōſolationes ſuper carentia familiaritatis mulierum

TErcio poſt premiſſa ad dominam ꝯſolatricem acceſſit et alius triſtis querens ſup familiaritatis mulierum carentia conſolari. At illa eidem huius rei gratia de ſuis puellis ſex protinus aſſignauit.

## I. CONSIDERATIO.

PRima puella ſic ait. Tu qui mulierum familiaritatem deſideras: ſtultum te eſſe probas. Nonne times venena. nonne et peſtilentiam. Cuiuſmodi mala non ſolum fugienda ſunt vbi eſſe inueniuntur: ſed prorſus abhorrenda ſunt vt mortifera. Sed vbi meli⁹ inueniuntur ꝙ in mulierum familiaritate. Audi magnum patrem auguſtinum. De carbonib⁹ inquit ſcintille diſſiliunt. de ferro rubigo nutrit᷑. morbos aſpides ſibilāt. et mulier fūdit ꝯcupiē peſtilētiā

In riſu aliquando diſſol uitur. nunc blandicias exhibet. et quod eſt
venenoſius ſup̄ cūcta pſallere delectatur aut canere. Cuius cantu
tolerabilius eſt audire baſiliſcū ſibilantē. Hec magnus pater.

## II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ſic ait. Si cares familiaritate periculoſa. id eſt
plena periculis. gaude non triſteris. Heccine quidē eſt muli-
erum familiaritas. Ecce quid dicit Ambroſius ille magnus. Ianua
inquit dyaboli. via iniquitatis. ſcorpionis pcuſſio. noctuūq3 gen⁹
eſt femina. cum p̄ximat ſtimulat. ignem incendit. flāmigero igne
percutit cōſcientiam pariter habitantis. et exurit fundamenta mō-
tium ſi cum viris femine habitēt. viſcarium non deerit dyaboli. ſi
pudicam queris feminam quā bene videris conuerſantem. mēte di
lige non corpali acceſſu frequentes. femine cum viris habitantes
germinant ſpinas: et archana mentiu3 acuto mucrone percutiunt.

## III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ſic ait. Cur familiaritatem mulierum diligis. cō-
tra quarum aſtucias ſtante familiaritate vix aut nunq̄ ſecur⁹
eſſe poſſis q̄ntumcunq3 pfectus ſis. Audi venerabilem jeronimum
preſbiterum. Hoſpitiolum inquit tuum aut raro aut nunq̄ mulie3
pedes terant. omnes puellas aut virgines xp̄i. aut equaliter igno-
ra. aut equaliter dilige. Vide ne ſub eodem tecto manſeris. nec in
preterita caſtitate confidas. nec ſampſone fortior. nec dauid ſancti
or. nec ſalomone potes eſſe ſapientior. memento ſemp̄ q̄ paradyſi
colonū de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Vnde ait quidā. Adā ſam
ſonem. regem dauid et ſalomonem. Femina decepit. quis mō tut⁹
erit. Hec ille pater venerabilis. Qui et alibi de deceptoria mulie-
ris aſtucia ita dicit. De induſtria diſciſſa fit tunica vt aliq̄d intus ap
pareat. operitur quod fedū eſt. qđ formoſum eſt. criſpanti cingulo an
guſtum pectus artatur. capilli in fronte vel in aures defluūt. pal
liolum interdum cadit vt candidos nudet humeroſ et quaſi videri
voluerit. tollit feſtina quod texerat nolens. aliud pollicetur. aliud
oſtendit. Lingua pſonat caſtitatem: et totum corpus profert impu
diciciam. Vix eſt ita turpis aut ſenio confecta: que non gaudeat et
libenter audiat ſi dicatur eſſe pulcra. Delectant caſtas etiam p̄co-
nia forme. Hec dictus pater. Qui rurſum alibi dicit ſic. Noui ergo
quaſda3 iam maturioris etatis et pleraſq3 generis libertini adole-
ſcentibus delectari. filios querere ſpirituales. paulatimq3 pudore
ſarcito per ficta matrum nōia erumpe in licenciam maritale3. Hec
ille pater. Et ecce quid mulierū familiaritas opatur. que tot et tā-
tis aſtutijs viro etiam perfecto inſidiatur vt infatuetur. et caſum
patiat᷑. Cui⁹ rei etiā ad maturas adoleſcentiū matres ſe facientes

immo et ad confectas ſenio participium extēditur. nec huic malo
in quantitate vllum bonū familiaritatis compabile repentur.

## IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella ſic ait. O kariſſime nunꝙ non vel aliquando au:
diuiſti hoc famoſum ꝑuerbium. Nimia familiaritas ɔtemptū
parit. peruerti in hm̄oi ludibriū nimia familiaritas cōceptum pic.
et reuera ne dixerim ludibrium poteſt quidē etiam ſerio dici. Hinc
magnus pater Auguſtinus āmonet dicens. Memēto thamar quia
ab amon fratre ſuo corrupta ſit. vbi vnius eſt tabernaculi conuer
ſatio carnis. nō facile tollitur delectatio. Hec ille pater. Facta au
tem corruptione huiuſcemodi: quid ſequitur. Profecto preter infa
miam que de maximis bonis vnum tollit. ſ. bonam famam. Multo
tiens etiā ſequitur odium mulieris corrupte: et occiſio viri corrū:
pentis. queādmodū hec in thamar et amon ſequebātur. Nam vt re
gum libro de amon et thamar legitur. oppꝛ̄ſſit viribus eam et cuba
uit cum illa. et exoſam eam habuit amon magno odio nimis. ita vt
maius eſſet odium quo oderat eam amore quo ante dilexerat. Hic
autem amon vt ibidem legitur tandem ob dictum ſcelus per pue:
ros abſalon fratris ſui eſt occiſus.

## V. CONSIDERATIO.

QVinta puella aduertens triſtem de numero eſſe clericorum ſic
ait. et ſi mulierum familiaritas ɔmuniter viris ſit ꝑiculo. ſpe:
cialiter tamē clericis. et maxime iunioribus eſt vitanda. Audi ma:
gnum Ambroſium. Viduarum inquit ac virginum domos niſi viſi
tandi gratia. et hoc cum ſenioribus. hoc eſt cū epiſcopo. vel ſi gra
uior cauſa eſt cum pꝛ̄ſbitero iuniores adire non eſt opus. Quid ne:
ceſſe eſt vt demus ſecularibus obtrectādi locum: Qꝫ ſi aliqua illa:
rum forte labitur. cur alieni lapſus ſubeas inuidiam. q̄nti non de
derunt errori locum et dederunt ſuſpitioni. Prima temptamēta cle:
ricorum ſunt feminarum frequentes acceſſus. Iſte ſexus reprehen:
ſibiles exhibet clericos. Hec ille magnus. Sed et decretorum li:
bro reperitur. qꝛ vbi nimia eſt familiaritas mulieruꝫ. ſtimuli antiqui
hoſtis non deſunt. Quia qꝛ non poteſt corde toto habitare cum deo.
qui feminarum acceſſibus copulatur.

## VI. CONSIDERATIO.

SExta puella ſic ait. Cur ex eo triſtaris ꝙ mulierū familiaritate
priuaris: cum potius foret ꝓpter caſus ꝑiculum declinanda.
et ipſe mulieres tanq̄m graues caſtitatis iimice longius fugiendo.
eſto etiam ꝙ eſſent religioſe. Audi magnum patrem Auguſtinum
Grauem inquit iimicum fortita eſt caſtitas. cui non ſolum reſiſtenꝺ
dum. ſed dimiſſo freno longius fugiendum. nec eo minus timende
ſunt. quia religioſe. quia q̄nto religioſores. tanto citius alliciunt

et ſub pretextu pietatis latet fiſcus libidinis. experte crede epus lo quor coram deo non mentior. cedros libani. duces gregū ſub hac peſte cecidiſtē repi. de quorum caſu non magis ſuſpicabar q̄m amb roſij. vl' jeronimi impudica turpitudine. Quanti et quales clerice ſint et lapci poſt confeſſionū victoriarūqꝫ calcata certamina. poſt magnalia ac mirabilia vſquequaqꝫ monſtrata. noſcūntur cum his omnibus naufragaſſe. cum voluerunt in naui fragili nauigaſſe. q̄n tos leones domuit vna infirmitas delicata. que cū ſit vilis et miſera. de magnis efficit predam. ꝙ ſalomon ait. precium meretricis vix eſt vnius panis. mulier autem precioſas animas rapit. Hec pater ille magnus.

¶ Capitulum quartū continens conſolationes ſup carentia cōnubij ſeu coniugij.

Quarto poſt premiſſa ad dominam conſolatricem precipuam acceſſit et alius triſtis ſuper carentia coniugij deſiderans conſolari. Cui mox illa conſolationis gratia de ſuis puellis octo aſſignauit.

¶ I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad triſtem antedictum ſic ait. Utinam bone amice doctores conſuluiſſes. vel ſcripta eorum de carentia cōnubij ſeu coniugij legiſſes: triſtari vt reor nō habuiſſes. Audi magnū Ambroſium. Copula inquit nuptialis non eſt quaſi culpa vitāda: ſed quaſi neceſſitatis ſarcina declaranda. Audi quoqꝫ ad idem valerium maximū. Matellius inquit. reſpondit Mario. cuiꝰ filiā dote diuitem. forma amabilem. genere claram. fama felicem. ducere noluit. malo inquit meus eſſe q̄m ſuus. Cui Marius. immo ip̄a erit tua. At ille īmo virum oportet eſſe vxoris. lopcum enim eſt. Talia erunt predicata. qualia ſubiecta eſſe pmiſerint. Sic facetia verbi matellius. diuertit dorſum ab oneribus eius. Hec valerius. Ecce igitur ꝙ et hac ex ſcriptura copula nuptialis onus ſeu ſarcina reputāda eſt. quod et ſcripta ſeu dicta doctorum ſubſequētia declarabunt. quorum vnum ſolum hic ſupaddo. Ecce dicit. Dyog. phs Nulla eſt vxor tam bona in qua non inuenias quod conqueraris. nihil muliere moleſtius. mulier ſpecioſa templum eſt. edificatū ſuper cloacam. Hec ille. qui de cloaca conqueritur q̄muis ſpecioſa ſit. et vt ſimilitudo templi edificetur ſeu ornetur Sane quia nulla eſt in qua nō inueniatur aliquid conquerendū. videtur plane in quaslibet cōſiſtere diſpendium oneroſum. cui alludit pulcrum aliquid quod narrat valerius maximus. Pachimiꝰ inquit rex ait arrio vicino ſuo. amice arborē habeo in orto infelicem in qua ſe prima vxor mea ſuſpendit. et poſtmodū ſecunda. et iam nunc tercia. Cui arrius. miror te in tantis ſucceſſibus lacrimas inueniſſe. et iterum diſpēdia arbor illa tibi ſuſpēdit. et tercio. Amice da mihi de arbore illa ſurculos quos ſeram.

¶ II. CONSIDERACIO.

pho

no

SEcunda puella ſic ait. Cur turbaris de carẽtia cõnubij quo te
quidem periculoſe exponeres deceptioni. Nonne venerabili
jeronimo recitante audiuiſti Verſum hunc. Adam Sampſonem re
gem Dauid et Salomonẽ. Femina decepit quis modo tutus erit.
Audi tamen ſpẽaliter magnum Ambroſium de ſampſone. Sampſon
inquit validus et fortis leonẽ ſuffocauit. ſed amorem ſuum ſuffo
care nõ potuit. vincula ſoluit hoſtium. ſed ſuarum non ſoluit nexꝰ
cupiditatum. meſſes incendit alienas. ſed vniꝰ ipſius mulieris ac-
cenſus igniculo. meſſem ſue virtutis amiſit. Audi rurſum valerium
maximũ. de ipſo ſalomone. Sol inquit hominũ ſalomon. thezaurꝰ
deliciarum. ſapientie domini ſingulare domicilium. craſſo tenebra
rum fuſcatus attramento. lucem anime ſue. gloriam domus ſue. fe
minarum facinore amiſit. Hec ille.

## III. CONSIDERATIO.

TErcia puella ſic ait. Amice ꝙ non ſit dolendum de carentia fe
mine ſiue bone ſiue male patet. Profecto valerio maximo at-
teſtante. Optima inquit femina que rarior eſt fenice. amari nõ põt
ſine ſollicitudinis amaritudine. et metu frequentis infortunij. ma-
le vero quarum tam copioſa ſunt agmina vt nullus locus ſit expˢ
malignitatis earum. cum amantur amare pungũt. et afflictioni va
cant vſqꝫ ad diuiſionẽ corporis et ſpiritus. Hec ille. Sed econtra
teſte hugone. Quieta eſt continens vita quã non inquietat vxoris
ſuſpicio. non ſollicitat ancillaꝝ ſumptus. nec conturbat filiorum
peruerſitas. que mundicie gignit florem. pietatis parit fructum.
bone conſcientie profert odorem.

## IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella ſic ait. Cariſſime ad non deſiderandũ cõnubium
mouere te deberet palliata et inſidioſa malicia feminarum: et
periculoſe fallacie ipſarum. Audi illum vetuluꝫ pictagoram phm
Duo inquit genera lacrimarum habentur in oculis feminaꝝ. Veri
doloris vnum. inſidiaꝝ alterum. His cum addicione concordat ſe
neca. Aut inquit amat. aut odit mulier. Flere feminã eſt mendaciũ.
duo genera lacrimarum habentur in oculis feminarum. veri dolo
ris vnũ. inſidiaꝝ aliud. mulier cum ſola cogitat. mala cogitat Hec
ſeneca. Sed et hanc de malicia feminaꝝ confirmat ſententiã vale
rius ille maximꝰ. Linea inquit virũ ſuum interfecit quẽ nimis odi-
uit. Lucilia ſuum quem nimis amauit. Illa ſponte venena miſcuit.
Hec decepta furorem mortis ꝯpinauit pro amoris poculo. Amice
ꝯtrarijs otendunt votis iſte. neutra tamen defraudata eſt a frau

dis feminee ꝓꝓrio.id eſt malo. varijs et diuerſis incedunt ſemi-
tis femine. quibuſcūq3 anfractibus errant. q̄ntiſcunq3 deuiant in
vijs vnicus eſt exitus. vnica eſt omnium viarum ſuarum metha.
vnicum caput et conuētus omnium diuerſitatum ſuarum malicia.
exemplo harum cape expimentum ꝙ audax eſt ad omnia quecūq3
amat vel odit femina. et artificioſa eſt nocere cum vult. ſed ne lon
go diſpendio te ſuſpendā. lege aureolum theofraſti. et medeā jaſo-
nis. et vix pauca inuenies impoſſibilia mulieri. Amice det tibi do-
minus omnipotens. omnipotētis femine fallacia non falli. Hec il
le. Qui rurſu3 ſic dicit. Ait Catho vticenſis. ſi abſq3 femina eſſ3 mū
dus: cōuerſatio noſtra non eſſet abſq3 dijs. Amice catho nō niſi cē-
ſa et cognita loquebatur. nec quiſq̄ feminaru3 execratur ludibria
niſi luſus. Hec iterum ille qui prius.

## V. CONSIDERATIO.

QVinta puella ſic ait. Cariſſime p̄ter p̄miſſa. Audi adhuc de lu-
dibrio feminarum hugonem illum regularem. Scribit inquit
Erodicus. ꝙ mulier cum veſte deponit verecundiā. et quod ſine te-
ſte gerit. quaſi non fecerit obliuiſcitur. Siquis aute3 teſtis affuerit.
ipſa tamen artificio lingue cogit eū non vidiſſe qd̄ viderit. et quod
verbis excuſare non valet. hoc lacrimis excuſat. blanditur oculis.
ſeducit oſculis. inſtat amplexibus. Hec ille. et nōne hac arte cōtra
virū preualet. De hoc audi magnū patre3 auguſtinū. Nihil inquit
eſſe ſentio quod magis ex arte deiciat animū virilem. q̄m blandimē
ta femine corpumq3 ille contactꝰ ſine quo vxor haberi nō poteſt.

## VI. CONSIDERATIO.

SExta puella ſic ait. Cariſſime ne de carentia coniugij doleas.
Hoc te moneat ꝙ femina ad omnia maleficia facilius viris
mouetur. Audi de hoc cyceronem. Viros inquit ad vnūquodq3 ma
leficium. ſingule cupiditates impellūt. mulieres ad omnia ma-
leficia cupiditas vna ducit. muliebrium viciorum omnium funda-
mentum eſt auaricia. Hec ille. cuius attenta ſententia. mirum eſt
ꝙ monere virum valeat ad matrimonium contrahendu3. preſertim
attenta pariter aurei oris ſententia et deſcriptione mulieris. Non
inquit expedit nubere. quid aliud eſt mulier niſi amicicie inimica.
ineffugabilis pena. neceſſarium malum. naturalis temptatio. deſi
derabil' calamitas. domeſticum periculū. delectabile detrimentū
mali natura boni colore depicta. ergo ſi dimittere illā peccatum
eſt. tenere autem vere tormentum eſt. neceſſe eſt vt aut dimittentes

adulteria faciamuſ· aut quotidianas pugnas tenẽtes habeamus.

## VII·CONSIDERATIO·

Septima puella ſic ait·O bone amice ne carentiã cõnubij mole
ſte feras·Audi venerabilẽ jeronimum·Vxorem inquit paupe=
rem alere difficile eſt·diuitem ferre tormentum·quid prodeſt dili
gens cuſtodia cum vxor impudica ſeruari non poſſit.pudica nõ de
beat·pulcra cito adamatur·feda concupiſcit·difficile cuſtodit quod
plures amant· moleſtum poſſidere quod nemo habere dignatur.
minore tamen miſeria deformis habetur ꝙ formoſa ſeruatur·nihil
tutum in quo totius populi vota ſuſpirant· alius forma·aliꝰ inge
nio·alius facetia· alius liberalitate ſollicitat· aliquo modo expu
gnatur quod vndiqꝫ inceſſitur·Hec ille pater venerabilis·

## VIII·CONSIDERATIO·

Octaua puella ſic ait·O kariſſime ſi vnꝙ cogitaſti illam claram
et generoſam cõtuberniũ dei habentem que non marceſſit ſa=
pientiam tibi ſponſam aſſumere.et amator fuiſti forme illius·tunc
ſcias ꝙ tibi ſpecialiter mĩme conuenit cõtrahere matrimoniũ·hoc
enĩ eſt ꝑ ſapientes ſolẽniter determinatum· Ecce quid dicit in hac
parte hugo ille regularis·Non eſt inquit vxor ducenda ſapienti·
Primum.quia ſtudia phĩe impedit.nec poteſt quiſꝙ liberis et vxo=
ri pariter inſeruire·multa ſunt matronarum vſibus neceſſaria,videlꝫ
ꝓcioſe veſtes·aurum·gẽme·ſumptꝰ·ancille·ſupellex varia·Deinde ꝑ
totas noctes garrule ꝯqueſtiões·illa ornatior ꝓcedit in publicũ·
hec honoratur ab omnibus.ego in cõuentu feminarum miſera deſpi
cior·Cur aſpiciebas vicinam·Quid cum ancilla loquebaris· de fo
ro veniens· quid attuliſti· non amicum habere poſſumus.non ſo=
dalem alterius amorem ſuum ſuſpicatur odium· adde ꝙ nulla eſt
vxoris electio· ſed qualis aduenerit talis ſit habenda.ſi iracunda,
ſi fatua·ſi deformis·ſi ſuperba·ſi fetida·ſi quodcũqꝫ vitij eſt poſt
nuptias diſcimus·equus·aſinus·bos·canis·et viliſſima mancipia
prius probantur et ſic emuntur· ſola vxor non oſtenditur ne ante
diſpliceat ꝙ ducatur·Hec ille·Nec ſolus ille·Sed ante eum alius
prius per ſororem meam nominatꝰ theofraſtus· ſ·qui q̃muis fere
omnia premiſſa tangat·tamen ꝓpter ſanctitatẽ materie et eiꝰ incul
cationem,necnõ et ꝓpter additionẽ et ꝯpletionem·repetitionẽ vti=
lem velut nugationem non vitabo· Queſtionem nanqꝫ verum ma=
trimonium contrahere liceat ſapienti ipſe theofraſtus olim diſpu=
tauit et concluſit ꝙ non liceat· etiam ſi ſit pulcra·ſi bene morige=
rata·ſi honeſtis parentibꝰ nata·ſi ipẽ ſanus et diues·Primo quia
ſtudium phĩe impeditur·nec poteſt quis vxori et libris pariter in=
ſeruire·Secundo quia pro vxore plurima requiruntur·precioſe ve
ſtes·aurum·gẽme·ſumptꝰ·ãcille·lectice·Tercio garrule ꝯqueſtiões

Illa honoratior procedit in publicum. et ab hominibꝰ honoratur. ego in conuentu feminarū misera deſpicior. Quarto quia alterius amorem ſui odium ſuſpicatur. Quinto ſi doctiſſimus preceptor in aliqua vrbium fertur. nec vxorē relinquere. nec cum ſarcina ire poſſumus. Sexto quia nulla eſt vxoris electio nec mutatio. ſed qualiſcunqꝫ venerit tenenda. ſi iracūda. ſi fatua. ſi deformis. ſi ſuperba. ſi fetida. quodcunqꝫ eſt poſt nuptias diſcimus. equus. aſinꝰ. bos. canis. et viliſſima mancipia probantur prius. et ſic emuntur. ſola vxor non oſtenditur. ne ante diſpliceat q̄m ducatur. Septimo quid prodeſt diligens cuſtodia. cum vxor impudica ſeruari nō poſſit. pudica non debeat. ſemꝑ em̄ ſi artatur ſeu reſtringitur quoquo modo incidit in odium. ſi exponitur vel laxatur incidit in ꝑiculum. Octauo pulcra facie adamatur. feda facie cōcupiſcit. Difficile eſt cuſtodire quod plures amant. moleſtum eſt habere quod nullus habere vl' amare dignatur. Minore tamen miſeria deformis habetur q̄ formoſa ſeruatur. nihil em̄ tutum eſt in quo totius populi vota ſuſpirant. Nono ſi ꝓpter diſpēſationē domus vel languoris ſolacia vel fugam ſolitudinis ducantur. ſtultum eſt. Primo quia ſeruus fidelis melius diſpēſabit. Secūdo quia amici et vernule beneficijs obligati melius aſſiſtent languenti. Tercio ſapiens nunq̄ minꝰ eſt ſolus q̄m cum fuerit ſolus. quia ſi hominū copia defuerit. loquitur cum deo. Quarto liberorū cauſa vxorem ducere vt vel nomen noſtrum non intereat. vel habeamus preſidia ſenectutis. vel vt certis vtamur heredibus ſtolidiſſimū. Primo quid ad nos pertinet receſdentes emendo. ſi nomine noſtro alius non vocetur. cum innumerabiles ſint qui eodē nomine appellantur. Secūdo que ſunt ſenectutis auxilia nutrire illum dominum. qui aut prior te forte moriatur. aut peruerſis moribus ſit. aut certe cum ad maturam etatem venerit. tarde ei mori videaris. Hec iſte theofraſtus.

Capitulum quintum continens conſolationes ſuꝑ amiſſione bone vxoris vel mariti.

QVinto poſt premiſſa ad dominam conſolatricē ſepius memoratam acceſſit et alia ꝑſona triſtis ſuper amiſſione cōiugis petens conſolari. At illa huiꝰ rei gratia ei de ſuis puellis qtuor aſſignauit.

## I. CONSIDERATIO.

PRima puella ſic ait. Cur turbaris de amiſſione coniugis. cum nihil tui ex hoc amiſeris. ꝓſertim ſpiritualibus tuis non amiſſis. Audi ſenecam. Stilbon inquit capta patria. amiſſa vxore cum ex incendio publico exiret. interroganti demetrio. nunquid omnia perdidiſſet. reſpondit. Nihil inquit perdidi. omnia mea mecum ſunt

iuſticia·virtus· prudētia·nihil enim bonū putare potuit quod eripi poſſet·Hec Seneca· Sed nunquit bene ſenſit ille de vxore·cum illam non eſſe de bonoꝝ ſuoꝝ numero reputarit· Profecto eo ſenſit minus male.quo habere vxorem modus habendi alieniſſimus diffinitur·

## II·CONSIDERATIO·

SEcunda puella ſic ait·Cur de amiſſione coniugis meſtus es et triſtis· ſcias ꝙ ſi coniugem amiſſam patienter pariter et libenter deo dimiſeris·magis ſpecioſam atqꝫ magis fecundam habebis ſponſam·Audi Cyrillum·Cum quis inquit dimiſerit coniugē,inueniet diuinam ſapientiā,a qua procreabit ſpirituales fructus·Hec ille·Sed quales inquies fructus· Profecto primi et puriſſimi fructus eius teſte ſalomone·

## III·CONSIDERACIO·

TErcia puella ſic ait·Cariſſime de bone vxoris amiſſione querularis·Sed non oporteret·Nempe et illud recupabile damnū eſt·Audi illum Senecam illuſtrem· Bonam inquit vxorem amiſi,et reſpondet quaſi alteri·Inuenies inquit ſi nihil queris niſi bonā vxorem·ſoror bona non poteſt reparari nec mater· vxor aduenticium bonum eſt·non eſt inter illa que ſemel vnicuiqꝫ contingunt·Multos tibi numerare poſſum quibus bonam vxorē lugentibus contigit melior·Nec ille vir illuſtris· eodem quoqꝫ pacto de boni mariti perditione poteſt vxor conſolari·nam et ipſa meliorē poterit inuenire.cum ſit dare bono meliorem·

## IIII·CONSIDERATIO·

QVarta puella ſic ait· Vxorem vel filiū amiſiſti·circa te· idcirco bene actum noueris· Nimirum ipſam naturalem erga propinquos affectionem etiam in viris ſpiritualibus ita moderari difficillimum eſt.vt non in alteram partem aliquatenus prolabatur· hoc eſt vt in medio conſiſtens.nec citra remaneat,nec vltra menſuram debitam protendatur.et frequenter ſubtractio rei amate ipm amoris affectum ad ſe redire compellit.et ordinem ſuum retinere· Tecum igitur fortaſſe diuinitus eſt actum.quod et cum ezechiele propheta·cui ſcꝫ a domino dictum eſt·fili hominis ecce ego tollo a te deſiderabile oculorum tuorum et nō plāges.neqꝫ mortuoꝝ luctum facies·locutus ſum ergo inquit ꝓpheta ad populum mane. et mortua eſt vxor mea veſpere·

## Capitulum ſextum continens conſolationes ſuper amiſſione liberorum·

SEcto poſt premiſſa ad p̄fatam dominā conſolatricē principalem acceſſit et alia pſona triſtis ꝓpter amiſſionē liberorum pturbata et querens cōſolari· Cui illa de ſuis puellis conſolationis gratia ſeptem deputauit·

## I·CONSIDERATIO·

Prima puella ſic ait. O homo ſi filios ꝑdidiſti eo minꝰ habes
curare quo damnuꝫ hoc per equiualens eſt curabile. Vis hoc
ſcire: Audi illud qđ in patrum libro de abbate johanne in perſo-
nis quorundam ipſum viſitantium dicitur. Cur aduenerimꝰ inqui-
rit cum nos iam letus et omni cum gaudio tanꝙ natos proprios
ſuſcepiſſet. Hec ibi. Et ecce quid hijs in verbis de natis ꝓprijs ſup-
ponitur. per qualem modum propriorꝝ natorum amiſſio in perſo-
nis aliorum ſanctiorum et excellentiorꝝ eſſe remediabilis denota-
tur. Audi rurſum et archiantiſtitem illum inſignem ambroſiuꝫ lo-
quor ad propoſitum congruentius quoſdam alloquentem. Non in-
quit minus vos diligo quos genui euangelio. ꝙ ſi ſuſcepiſſem vos
de coniugio. gratia quippe vehementior ad diligendum ꝙ natu-
ra. hec ille inſignis. Deniqꝫ filiorum amiſſorum vicem ſupplere
poſſunt filij adoptiui. qui amiſſos facile poſſunt excedere in forma
et morum diſciplina. ac in omni virtute et valore. electione ipſorꝝ
ad hoc conferente. et ip̄a adoptionis gratia ſibi impenſa liberali-
ter in bona merito affectione ad patrem adoptantem ipſos confir-
mante.

## II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ſic ait. Vt quid turbaris de amiſſione liberorꝝ:
cum nihil tui ex hoc amiſeris. id nanqꝫ ita tibi patere poterit
quemadmodum prius per ſtilbonem nepte mea referente patuit đ
vxore. De liberis autem an ſint boni. vel tales permanſuri ambigu-
um eſt. igitur et an ſint in bonis tuis computandi. immo ꝙ nō ſint
tua bona: aut minus proprie videtur illuſtris ſeneca innuere. Ami-
ſi inquit liberos. et reſpondet quaſi adulterum ſic locutum. ſtultꝰ
inquit es qui fles mortem mortaliuꝫ. periere perituri, habebant il-
li cuiꝰ magis erant ꝙ tui. educandos tibi illos mandauerat. reci-
pit illos. nō abſtulit. hec ſeneca.

## III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ſic ait. O homo kariſſime. vel mali fuerūt filij tui
quos ploras vel boni. Si mali: et deꝰ illos tulit de medio. de
graui es ab eo onere ſupportatus. Quomodo em̄ non grauaret eo-
rum te malicia? quorum ad minꝰ mala vita magna eſt confuſio tua.
teſtante filio ſyrach. ꝯfuſio inquit patris eſt de filio indiſciplina-
to. Vis autem ſcire coram quibus ſit confuſio? Profecto non
ſolum coram hijs qui adhuc viuunt in hoc mundo. ſed etiam et p̄-
cipue coram deo. beata virgine. et coram infinitis qui ſunt in celo:
quos ſiquidem non latet indiſciplinata eorꝝ vita. et tua circa ip̄os
negligentia. Nimirum chriſtus. virgo beata. ac johannes euange-
liſta. et ſiqui alij corporaliter ſunt in celo. non ſolum poſſe habent
per intellectum cognoſcendi. ſed etiam per viſum. Nempe ſecun-
duꝫ ea q̄ alibi declarātꝰ. poſſunt illa q̄ corp̄aliter h̄ agūtꝰ ſuis ocu-
lis corp̄alibꝰ cernere mltū clare. nec viſioꝫ eorꝝ. ſeu ītuitū vſqꝫ ad

terram procedentem impedit localis diſtantia.nec corporum interpoſitio quorumcunqꝫ.et poteſt aſſignari ratio de vtroqꝫ.quia videlicet vident per viſibiles ſpecies ab ipſo deo ſi volūt ſibi influxas.eo quidem.quia diuina eius virtus ad nutuꝫ aſſiſtit. Sed quid: certe habito in viſu ipſoruꝫ per diuine virtutis influentiam actu videndi.impoſſibile eſt quodcunqꝫ obiectum illius actus vbicunqꝫ locorum fuerit non videri. ¶ Porro ſi filij per mortem ſubtracti boni fuerant:tunc minꝰ ſunt lugendi. Nempe tunc de ipſis eſt ſicut de virtuoſis fratribus ſentiendum:de quibus non longe patebit inferius. ꝙ minime ſunt lugendi.

## ¶ IIII. CONSIDERATIO.

QVarta puella ſic ait. O homo attendas ꝙ quia ſecundum verbum pauli nunc dies mali ſunt. magnum vtiqꝫ dei aſſequitur beneficium.qui de preſentis vite periculis in qualicunqꝫ ſtatu ſalutis euocatur. Id autem certum eſt impleri in puero quem deꝰ ante incurſionem periculi de hac luce recipit tenebroſa. Quid ni dixerim hanc lucem tenebroſam:cum hic in tenebris et in vmbra mortis ſimus conſtituti. Felix ergo omnino puer de quo a deo de ſeculo neqꝫ rapto verificari poteſt illud ſapientie. Raptus eſt ne malicia mutaret intellectum eius. aut ne fictō deciperet animam illiꝰ Faſcinatio em̄ nugacitatis obſcurat bona:et inconſtantia concupiſcentie tranſuertit ſenſuꝫ. ſine malicia ꝯſummatus.in breui expleuit multa tempora. placita enim erat deo anima illius:propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Nonne igitᷣ eſt ſine comparatione melius ꝙ filij tui nunc careas momentanea conſolatione:et nihilominus etiaꝫ nunc gaudeas in ſpe de futura et perpetua habenda cum eo maxima conſolatione.quam nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit. q̄ꝫ ꝙ tam res q̄ꝫ ſpes eterne huiꝰ conſolationis per vlteriorem eius vitaꝫ periculo fuiſſet expoſita.et tu ex hoc nihil reportaſſes niſi dictam momentaneam et exiguam conſolationem temporalem.

## ¶ V. CONSIDERATIO.

QVinta puella ſic ait. O homo qui de filij tui morte turbaris.recordare preclari regis domino familiaris.cui dominus incerta et occulta ſapientie ſue manifeſtauit. et huiꝰ diſcas exemplo q̄d tibi ob mortem filij ſit agendum. Sed forte dubitas quis ſit ille: Ecce dauid. eſt interp̄tatꝰ manu fortis. cuiꝰ fortitudineꝫ aīmi imiteris. Ipſe nāqꝫ cū ꝓ filio egrotāte ſe vt regū libro legitᷣ corā dn̄o ieiunijs et lacrimis afflixiſſꝫ. mox vt de illiꝰ morte nūciuꝫ audiuit

de terra ſurgens lacrimas abſterſit. et de cauſa requiſitus reſpōdit.
propter infantem cum adhuc viueret ieiunaui et fleui ſi forte do=
minus eum donaret mihi. nunc autem quia mortuus eſt nunquam
eum potero reuocare. ego magis ad eum vadam. ille vero non re=
uertetur ad me. Sic ergo fecit apponi menſam et comedit: et cōſo,
latus eſt berſabee vxorem ſuam. Si igitur tu ſuper filij morte cōſo,
lari non vis vt ſanctus dauid: non eris: ſed vt rachel plorās filios
que noluit conſolari. Si conſolari non vis vt verus xp̄ianꝰ. ſis ſal,
tem non minus diuine voluntati conformis ꝙ homo iudeꝰ: vel nō
minus q̄m gentiles quidam quos exprimam. ad ꝯſolationē diſpoſi=
tus. Audi ſenecam. Stultus eſt inquit qui mortem mortalium de=
flet. nihil enim hic nouum aut mirum eſt. Hinc ſymacus patritius
in epiſtolari ſuo dicit. ꝙ anaxagoram ph̄m grauis de filio nuncius
a diſputationibus non retraxit. de hoc enim refert valerius maxi=
mus. ꝙ audita filij morte anaxagoras. Nil inquit inexpectatū mi=
hi annūcias. ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem.

## VI. CONSIDERATIO.

SExta puella attendens maternas lacrimas alicuiꝰ amare flē=
tis propter puerum ſuum per nutricem oppreſſum. vel alias ca,
ſualiter mortuum. ipſam verbis hmōi cōſolatur. Arbitror bona mu,
lier ꝙ ſint multe virgines que pro ſua virginitate prolem habere
vellent tante ſanctitatis quantam credunt Iohannem euangeliſtā.
vel baptiſtam habuiſſe. Quapropter eſt mirabile ſi non mater con=
